309.

1331, *Ottobre* 17,

Regalo di 3 *Lire di grossi all'Ambasciatore del Re.*

Quod intuitu et honore Serenissimi Domini Regis Armenie dentur pro donis suo Ambaxatori qui est hic, libras tres grossorum, de denariis nostri Communis. [IV, 6. t°.]

310

1332, *Novembre* 16.

Perdono a Giov. Dandolo per 83 *colli di pellame portati dall'Armenia.*

Quod fiat gratia viro nobili Johanni Dandulo qui fuit armator unius galearum Cipri, quod cum eo inscio et absente in Harmenia fuerint onerati in sua galea colli LXXXIII inter çucharum et speciariam absque bulleta Capitanei, et propterea scilicet quia sine bulleta fuerunt onerati, Officiales Levantis dicunt ipsum incurrisse penam sold. X gross. pro collo, que pena ascendit summam librarum XLI ÷ grossorum; a dicta pena considerata puritate ipsius et ignorantia in dicto facto, redatur libere et totaliter absolutus; quamquam officiales predicti dicant quod habent eum pro caduto, vigore ordinis sui officij; et quod fertur quod aliqui ex mercatoribus dixerunt... oribus recipiatis secure quia si aliquid evenit vobis volumus super nos. [V, 1 t°.]

311.

Simile a Pietro Orio, per tre colli di merci.

Viro nobili Petro Orio quondam armatori Armenie, in cujus galea similiter eo inscio in Hermenia onerati fuerunt tres colli